

tui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc
& semper: & in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

Deinde repetitur tota Anti-
phona. Hi accipient &c.

Qua finita, surgit sine mitra
Pontifex, & ad altare conuer-
sus, dicit.

Oremus. Et ministri dicunt.
Flectamus genua.


R. Leuate.

Et mox ad tōsos genuflexos,
versus Pontifex, dicit.

A Desto, Domine, suppli-
cationibus nostris, & hos
famulos tuos bene ✠ dicere
dignare, quibus in tuo sancto
nomine habitum sacrę religio-
nis imponimus; vt, te largien-
te, & deuoti in Ecclesia tua
persistere, & vitam percipere
mereantur eternam. Per Chri-
stum Dominum nostrum.

R. Amen.

Tum Pontifex sedet cum mi-
tra, & accipiens in manum su-
perpelliceum, dicit singulis.



I Nduat te Dominus nouū
hominem, qui secundum

Deum creatus est, in iustitia,
& sanctitate veritatis.